AGGREGATOR COMPILATIONE CLARISS. PHYSICI IACOBI DE DONDIS CIVIS PADVANI.

PROOEMIVM OPERIS.

FRuctiferum medicinis acturus opus, non modo rudibus tantum & iuuenibus, qui breuitate temporis vel ætatis nondum plurima diuerſorum auctorum auxilia perlegerunt: ſed & prouectis non minus & maxime ſenibus, quibus etſi multa vidiſſe potuerint, delere tamen ſolet non pauca obliuio ſenectutis. Exercitansq; me ipſum quod iuxta Galenum.vij.de ſanitatis ingenio eſt ad præſentia vtiliſſimum, & ad obliuionis ſenectutem ſequar præceptum Meſ. in principio ſuæ practicæ, dicentis, Deum in cunctis præpone, & præponet te. honora eum, & honorabit te. time eum, & ſecurus cuncta experieris. Deum igitur patrem, filiumq; eius Ieſum Chriſtum, Spiritumq; ſanctum ex vtroq; manantem præ opere ſuppliciter inuocabo. quatenus principij director, medij ordinator, finisq; intenti perfector exiſtat: meq; conſeruet ad ſui ſeruitium, & ad finem operis peroptatum. Fuit principalis intentio virtutes medicinarum ſimplicium, & quampluriurn compoſitarum a' diuerſis ſcriptas auctoribus, conuerſo ab eis modo in tabulis ſub debitis aggregare rubricis, relinquendo quæ in practicis libris ordinate ſcribuntur, non egentes aggregatione. Auctores enim propoſita aliqua ſimplici, vel compoſita medicina eius virtutes ſubiungunt. Ego vero virtute pręmiſſa eius, aggregabo remedia, auctores ſubſcribens & locum. Quod quidem opus quoniam ex pluribus auctoribus aggregatur, iure Aggregationis nomen habere meretur.

Diuiſio totius operis.

VIrtutes autem de quibus intenditur, quædam ſunt circa corpus humanum, quędam ſunt circa inhumana. Circa humanum corpus, quędam ſunt primę, quędam ſecundę, quædam tertæ. Et tertiæ quędam vniuerſales, & circa ægritudines vniuerſales, quædam circa particulares ęgritudines a' capite vſq; ad pedes. In vniuerſalibus autē ſunt præparatiuæ, ſanatiuę, & curatiuę parti, ſicut pręparantia & purgātia nociuos humores. Et de febribus. Et de decoratione. De chirurgia, Et ad venena pertinentia. Ex his haberi poteſt partitio multiplex operis huius quę talis erit pręmiſſis primo rubricis. Primus tractatus erit, De primis virtutibus ſimplicium medicinarum. Secundus, De ſecundis & vniuerſalibus virtutibus. Tertius, De tertijs & particularibus ægritudinibus a' capite vſq; ad pedes. Quartus, De præparantibus ad ſanatiuam & curatiuam partem. Quintus, De vniuerſalibus ęgritudinibus & febribus. Sextus, De decoratione. Septimus, De pertinentibus ad partē chirurgiæ. Octauus, De venenis & pertinentibus ad ea. Nonus, Circa inhumana, & primo circa animata, ſecundo circa inanimata. Decimus erit, Tabula nominum medicinarum ſupraſcriptarū deſeruiens omnibus auctoribus nominatis. Et prima tabula continet nomina medicinarū ſimplicium. Secūda, compoſitarum, vt poſſit quiſq; ad prædictos auctores habere recurſum. Sunt autem auctores aggregationis huius. Serapio principaliter, eo quod plures adducit auctores, maxime tamen Dioſcoridem & Galenum, quare non poſui ſimpliciter Dioſcoridem, & raro Galenum. Plinius qui poſt Dioſcoridem fuit antiquior Galeno. Raſis in Almanſore, & in Diuiſionibus. Iſaac in Dietis. Haliabas. Macer. Auicenna. Colliget. Meſue de appropriatis. Præparator. Albukaſis. Kiranides. Sextus. Placitus. Papirenſis de animalium virtutibus. Antonius Muſa. Theſſalus in ſecretis de.xij.herbis per ſigna cœli. & de.vij.ſecundum planetas. Apuleius. Plato. Ignotus quidam, & eſt quem Serapio de ſimplicibus pluries allegat. Et Ianuenſis Simon in Synonymis. Lapidarius. Albertus de mineralibus. Circainſtans. Et nota quod aliquibus doctoribus apponitur numerus capitulorum, quibus videlicet poſſibile eſt, vt Serapioni. Haliabati. Apuleio. Macro. Lapidario. & Ignoto. Plinio vero ſolummodo apponitur numerus tractatuum. Item nota quod quoties ſcribitur Serapio ſimpliciter, intellige de ſimplicibus. Et quoties dicitur Auicenna ſimpliciter, intellige ſecundo canonis. Et quoties Haliabas, intellige ſecundo practicę eius. Et quoties Almanſor, intellige tertio tractatu. Et quoties Meſue, intellige de cōſolatione. Et quoties Colliget ſcribitur, intellige quinto tractatu eius. Nota iterum quod propter diuerſum modum loquendi auctorum, videlicet propter diuerſa vocabula paſſionum a' diuerſis poſita, oportuit multiplicare tabulas. plures tamen potuiſſem aliquando in vnam coniungere. Coactus etiam ſum facere quamplures tabulas vniuerſales non ſpecificatis ęgritudinibus, vt verbi gratia, paſſionibus ſtomachi, vel hepatis, &c. propter diuerſum & vniuerſalem modum ſcribendi auctorum non ſpecificātiū. Intelligens tamen auctor ſpecificare poterit. Opus quidem hoc longis retro temporibus inchoatū completum eſt per me artium & medicinæ doctorem Magiſtrum Iacobum Paduanum. Anno natiuitatis domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimoquinto, Paduæ dominante Magnifico, nobili, & egregio domino domino Franciſco de Kararia pro ſancto Imperio condigno vicario generali.

Rubricę primi tractatus, De primis virtutibus medicinarũ, Cuius tria ſunt capitula.

Rubricæ primi capituli, De temperatis uel quaſi temperatis.

Temperata, vel quaſi temperata in oībus qualitatibus. folio 1
Temperata in qualitatibus actiuis. ibidem.
Temperata in qualitatibus paſſiuis. ibidem.

Rubricæ ſecundi capituli, De medicinis diſtemperatis in una qualitate.

De calidis. folio 1
De frigidis. 2
De ſiccis. 3
De humidis 3
De partim calidis, & partim frigidis. 3
De partim ſiccis, & partim humidis. 3

Rubricæ tertij capituli, De medicinis diſtemperatis in duabus qualitatibus.

Calidę & ſiccę medicinę. folio 3
Calidę & humidæ medicinę. 6
Frigidę & ſiccę. 6
Frigidę & humidę. 7

Rubricæ ſecũdi tractatus. De ſecũdis virtutibus.

Medicinæ diuerſarum partium, & virtutum. folio 8
Subtiliatiua, extenuatiua, deſiccatiua, & conſumptiua. 8
Reſolutiua, diſſolutiua, areſfactiua, diaphoretica. 9
Abſterſiua, mundificatiua, lauatiua, & elimatiua. 10
Exaſperatiua. 11
Lenitiua, applanatiua. 11
Aperitiua, diſgregatiua. 11
Aperitiua orificiorũ venarũ. 12
Mollificatiua, relaxatiua. 12
Maturatiua, digeſtiua. 12
Penetratiua. 12
Inciſiua. 12
Attractiua. 13
Attractiua exterius & a profundo. 13
Mordificatiua, & pungitiua, aduſtiua, lubrificãtia, cauſtica. 13
Vlceratiua, excoriatiua, putrefactiua. 14
Corroſiua. 14
Carnis ſuperfluę diminutiua & ablatiua. 14
Confortatiua, fortificatiua, & cõſeruatiua corporis & membrorum. 14
Aggregatiua, contractiua, reſtringentia. 14
Repercuſſiua, prohibitiua fluxus ad membra. ibidem.
Inſpiſſatiua, depreſſatiua, induratiua, ingroſſatiua. 14
Narcotica ſtupefactiua. 14
Styptica, retentiua, conſtrictiua. ibidem.
Conſtrictiua orificiorum venarum. 15
Cõſtrictiua ſãguĩs vndecũq;. 16
Conſtrictiua ſanguinis ex vulnere. 16
Oppilatiua. ibidem.
Oppilatiua pororum. 17
Exoppilatiua pororum oppilationibus, & eorum ægritudinibus conferentia. 17
Diuretica. 17
Glutinatiua, conſolidatiua, & incarnatiua. 17
Cicatrizantia. 17
Vẽtoſitatũ gñatiua, iflatiua. 17
Inflatiua corporis exterius. 17
Ventoſitatũ expulſiua, carminatiua reſolutiua inflationũ. 17
Doloris ſedatiua & mitigatiua. 18
Doloris inductiua & commotiua. 18
Doloribus ex caliditate. 18
Doloribꝰ ex frigiditate & aq̃. 18
Dolori ex phlegmate. 18
Dolori ex melancholia. 19
Dolori vlceroſo. 19
Diſſoluentia coagulata. 19

Rubricæ tertij tractatus, De tertijs virtutibus medicinarum in particularibus ęgritudinibus a capite vſque ad pedes. Cuius ſunt vigintiduo capitula.

Rubricæ primi capituli, De diſpoſitionibus capitis.

Confortatiua, & conferentia capiti & cerebro. folio. 19
Nocentia capiti & cerebro. 19
De ægritudinibus capitis & cerebri. ibidem.
Contuſionibus capitis & oſſium eius. 19
Separationi & eleuationi cutis ab oſſe capitis. 19
Fracturis capitis & oſſiũ eiꝰ. 19
Vulneribus capitis. 19
Vlceribus capitis. 19
Tumori capitis & ceruicis, 20
Bothor & puſtulis capitis. 20
Duriciebus capitis & cerebri. 20
Prurigini capitis. 20
Acoris capitis. 20
Defendentia caput ab ęſtu. 20
Aduſtioni & calori capitis ab extra. 20
Aduſtioni & inflammationi capitis & cerebri. 20
Frigiditati, & ægritudinibus frigidis capitis & cerebri. 20
Rheumatiſmo capitis 20
Hũiditati capitis & cerebri. 20
Humectantia caput & cerebrum. ibidem.
Cerebrum replentia & augentia. ibidem
Mundificantia & purgantia caput cerebrum. ibidem.
Humoribus aggregatis in capite. 21
Impedientia fumoſitates aſcendentes ad caput. 21
Vẽtoſitati capitis & cerebri. 21
Inducentia ſodam, grauitatem, & dolorem capitis & cerebri. 21
Sodæ cephaleæ, hemicranię, grauitati, & dolori capitis, cerebri, ceruicis, & cranij. 21
Dolori capitis ex ſole. 23
Dolori capitis ex febre. 23
Sodæ ex percuſſione vel caſu. ibidem.
Dolori capitis ex crapula. 23
Somnum inducentia, & ſubeth. ibidem.
Impedientia ſomnum & ſubeth, & vigilias inducentia. 24
Somnia mala cauſantia. 24
Impedientia ſomnia mala. 24
Somnia inducentia vera. 24
Memoriam augẽtia, & obliuioni conferentia. ibidem.

Acuentia